



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Hermenigildi Apologia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

OECONOMIA  
orationis.

I. Exordium plenum miserationis, & prudens ad auertandam suspicionem seditionis, ne forte Petronius existimaret hanc popularem turbam, ad res nouandas concitatam. In hac autem demissione longè magis ad inflectendos animos sunt idonei, quippe Canes sedentem non mor-

*Cavet se-*

dentem non II. Argumentantur à suis obsequiis, & mordente. sum lenitate, quod apud Prasidem erat efficacissimum. De hac autem gentis benevolentia, & fide erga Principes, honorifica testimonia colligit Isophrus lib. 2. aduers. Appionem.

III. Tradunt omnia pratorum religionem, unam, & maximam animorum opulentiam, deinde in dentes, & tragicos affectus erumpunt, quibus vel ferreum petitus emilliant. Gracis tamen fabulus de Gorgone, non multum facit ad grauitatem orationis. & est stylum scholasticum, nisi velut eos apud Greculum hominem Gracis fabius consulto vixisse.

IV. Prudentia amodum consilio moram pertinet, quam urgent, acriter honestis rationibus. In ista, plerumque maloruerint moram innectere, penitus amoliri est.

Subtexam hic apologiam Hermenigildi, qui apud Patrem Leugildum, Gothorum Regem causam dicit. Si quis rem pleniū volet, legatis placet actionem oratorium, à me de hoc argumento nuper editam.

HERMENIGILDI  
Apologia.

LXV. **A**ge licet tibi causam dicere, di- lue si potes eas sceleris maculas, quae tibi à sole ipso in os illud tuum importunum regeruntur.

HE R M. Innocentiam meam pater declarare facile est, innocentiae patrocinium inuenire difficile; Te ynum ego in hac flamma inuidiae, qua me istum & propè fumantem vides, habui, quem appellarem, quem obtemperarer, cui fidem meam iniquissimis calumnijs vexatam crederem. Nunc autem te per-

acerbum accusatorem, seuerum iudicem, & quod crudelius est, partem iratum experior. Tu me penē ab hospitali mensa & regijs e-pulis extractum, ornamenti exuisi, vinciri, & huius calamitosi careeris tenebris mandati iussisti: vereor ne si me innocentem iterum dixeris, tuum iudicium, quod semper grauis simus fuit, videar refellere, & dum innocentia meę patrocinari studeo, paternam culpam accusat, quæ res mihi supplicijs omnibus acerbior semper visa est.

LEV 1. Videte orationis insidias.

HE R M. Tacebo igitur (mi pater) si iubes, & silentio premam conscientiam.

LEV 1. Eloqueris per uicax, eloquere: reos inauditos damnare non soleo.

HE R M. Loquar igitur (mi pater) quia iubes, non quod aut oratione, aut silentio sperem aliquid me effecturum. Sed vicecum le res habuerit, postremas sanguinis mei voces tuis auribus infundam. Etenim si tantum hoc quicquid miseræ asimæ reliquum esse voluisti, à meis calumniatoribus expeteretur, dampnum cum silentio iugulum, & cruentum meum largissime propinarem. Nunc autem hoc agitur ut demortui cineribus quiescere non licet, sed iis æternæ cunctæ nota per summum seculi adhærescat: hac si pater iniquus est, peto à te v. filij moribundi ultimos genitus æquis auribus excipias.

LEV 1. Age, colle astam insidiosam orationem, die de crimine.

HE R M. Non est hoc nouum crimen (mi pater) iam diu telam villam coniux tua Gofuintha, nobis vero nouera semper infestos quam eius dignitas postulabat, in me & fratrem meum molitur. Utinam ( si licet) beatos manes sollicitare parentis meæ demortuæ, tuæ vero augustæ coniugis animam ad hoc tribunal adducere fas esset, silerem ego, & ipsa loqueretur: icaret ut impendente fatali necessitate, quæ nobis illam naturam cœto, sed terribilem somniam eripuit, languentibus ut poterat brachijs, me fratremque meum complexa, tibi per genialem horum, per castissimos amores, per intaminata communia fædera, communici sōbolem commendabat: Ea tunc eramus ærate (mi pater) quæ sensura doloris vix admittit. Sed tamen ubi tuos rotantes oculos, & te moribundæ corpori affusum, dextramque prehendentem vidimus, non tenuimus infantiles lachrymas, quas & tuus dolor, & matris inter has voces expli-

tabilis

mantis obitus excusset. Tu vero nos in hac recentioritate tuo gremio appressos souebas, prohibebas flere, quod vix facere poteras, manantes lachrymulas tuis abstergebas digitis, te nobis patrem praesidio, indulgentia matrem pollicebaris.

LEV 16. Hæc nihil ad crimen attinent.

HERM. Veniam (mi pater) veniam statim. Cœlit hæc tenella ætas in sinu tuo, & se per annorum curricula ad auroram iuuentutem explicauit. Quis tibi tunc Hermenigildus charior? quis suauior vñquam fuit? Hermenigildus imperia mandabantur, per Hermenigildum bella gerebantur: ab Hermenigildo populorum foedera sanciebantur. Omnia siblerat Hermenigildus.

LEV 16. Alius tunc erat quam nunc est Hermenigildus.

HERM. Placuit tunc maiestati tuae, ut supra ætatem animum ad nuptias adiicerem. Quæsita est mihi coniux regia, Regis filia, Regis soror, Regis neptis. Sed quæ regnorum omnium titulos, omnium imperiorum insignia sola virrute superauit. Heu virgo misera, quibus & quam iudignis tua indole funeribus eras reseruata! Cum hac igitur nouis coniux nouis nuptijs copulatus, videbar omnium principum fortunatissimus, cui haec celestis forma obiigisset: Ego vero non tam flamas alcham cupiditatis, quas vix illa ætas ferre poterat, quam admirationem diuinæ virtutis. Huius enim pietate, exemplo, doctrina, magisterio fidem primi recepti, factus illi ex mariio discipulus ex consuge proprio filius.

LEV 16. Mali corui malum ouum.

HERM. Tu interim, mi pater, in secundas nuptias conuolaisti. Inducta a te nobis nourea Goisynthia, Ariana mulier, potens, acerba, imperiosa: Continuo mutata omnia, lorden tibi amores pristini, noue & subiles flamas se in senile peccatum insinuant, liberi primi illius quondam sancti & felicis thori pignora, iam non sunt solatio, sed tædio.

LEV 16. Scelerate, audes etiam coram hoc amplissimo senatu patris thorus incessere?

HERM. Vera dico, per vnius mulieris furias nobis quiescere non licet, proscindimus, calumnijs, agitamus toto regno. Non somnus, non vigiliae, non cibus insidijs vacuus. At crudelis foemina, quæ patientiam

tuam tentarat in minoribus, ceperit quoque in maioribus ludere. Vxorem meam (hic mihi quânto cum dolore recordari cogor) angit, stimulat, vexat, omnem efferati pectoris acerbitudinem in hanc vnam effundit. Iubet ut Christianam legem repudiat: tum virgo, eo je genere natam respondit, ut mori posset, facere nefariæ non posset, hac voce quâ quid gloriosius; irritata, tot regum sobolem incelsit pugnis, proteris calcibus, contundit veheribus, ita ut multus è regio corpore sanguis exiret.

LEV 16. Quando hoc auditum?

HERM. Duram habes aurem (mi Pater) ad huiusmodi ciuima, sed tamen neque hac importuna & crudeli dementia contenta, imperat scelustum facinus: Pudicum corpus vestibus nudari, nudatum sensim in lacu perfrigidâ tempestate mergi, donec illa fidem patriam eteraret. Hac barbarie nihil vñquam vidit sol indignus. Demittebant in lacum innocentissimam pueram carnifices, & paullatim quidem, ut acerbis esset singulis membris doloris sensus, funes, quibus ipsa tenebatur, vincita laxabant. Illa vero nihil de carnificina querbatur, tanum dolebat nuditatem: cumque moneretur ut se Arianam semel profiteretur, ad singulos cruciatus vna vox excipiebatur, Christiana sum, Christiana sum.

Hanc nefariam crudelitatem, quam ferro, & flammis prosequi iustissimum erat, toleratio vincere constituius, secessi cum vxore in urbem quam tu ipse pater donaueras. Sed nouerca, quasi ipsa grauem injuriam accepit, quod ferrum nostris corporibus non immersisset, tora vrbe insanire, bacchari, furere, me quasi hostem patriæ, regni bustum, patris interfectorum petulantissimis conuicijs incelfere. Vtinam mi pater credulitas tua furiosiss eius conatibus nimis vxoriè non esset ancilla: verum in me iussu tuo foto exercitus pondere concurritur, atque in unum caput terra & mari mundus armatur. Dabis hic veniam mi pater, si quod natura brutis animantibus suader, ut se, ut coniugia, ut sobolem, contravim uecantur, hoc facere tot furij à nouerca lacestis conatus sum. Arma sumpsi, non quibus telacesserem, sed quibus me & regiæ conjugem contra impotentissimam, & crudelissimam mulierem tamdiu defendarem, donec tibi rem cautamque plenius licet aperire.

LEV 16. Mentiis impostor.

HERM.

**H E R M E.** Testor hic delibera cœlitum, *at-*  
*rasq; quas ego cum me inflammato animo pro-*  
*sequereru postremas occupauit: vbi vidi hoc agi*  
*vt mc iam fuga tueri non posset, posset autem*  
*gladius, si vellem quod lex naturæ iuber exequi,*  
*qui, statui me tuis pedibus insontem victimam*  
*potius adoluere, quam in tanta causa æquitate*  
*repugnare. Vidiisti prostratum, iacentem*  
*crexisti, erectum complexus es. Quid est*  
*quod glorioli illius operis lauream infuscavit,*  
*nisi illius dolus quæ cum armis ob-*  
*tuere nō poterit, per iniquissimum iudicium*  
*tentat precipitanter impellere? En crimen, en*  
*causā cur cilicio indutus, & ijs vinclis cate-*  
*nis, quas tu prædonibus referuabas, in tetro*  
*& que infami carcere moribundus facio.*

**L E Y I G.** Romanus non es?

**H E R M.** At Christianus sum & Romanus,  
hoc enim postremum arguitur: habes in hac  
parte (mi pater) confitentem reum. Hoc nempe  
crimen est *ex querenti gaudet, palli iudeo, cœlū*  
*lascatur, terreretur dæmones, contremiscunt inferi,*  
*euina accusatio votum est. & pena felicis.*  
Cuperem euidem centies si licaret pro hac  
nominis gloria emori. Iā enim ad Dei laudes  
prædicandas vnum os nimis angustum vide-  
tur: concide corpus, velle, laniis, tota ora vide-  
buntur esse, quo erunt vulnera, & per sanguinis  
riuos effusus spiritus, purpurata in cœlum  
via quam primum euolabit.

**L E Y I G.** Furose, nemo contemnit vitam,  
nisi qui desperatus vivit.

**H E R M.** Pœnitet me Arianum vixisse,  
tunc (fatator) desperatus vixi.

**L E Y I G.** Nunc autem fatuus, & vecors  
vitiis degener.

**H E R M.** Viuo mi pater, in cilicio splendi-  
dus, in vinculis liber, in carcere speciosus.

**L E Y I G.** Hic tuus splendor, tua libertas,  
tua species est, si me & vxorem meam con-  
uiciis arrodas.

**H E R M.** Imò (pater) te tanquam Regem,  
dominum, patrem, semper honorauit, timui,  
veneratus sum. Tnæ verò vxori bonam mē-  
tem, & nihil aliud sum precatus.

**L E Y I G.** Satis habet mentis ad tuos con-  
tus opprimendos.

**H E R M.** Nimis fatator, & hoc dolendum  
est.

**L E Y I G.** Secede, secede, de tuo capite deli-  
beratur.

Agite patres sapientissimi, deliberate cui  
speci tam importunum animum rescue-

mus.

**P R I N C E P S.** 1. Tanta est, ô Rex potenter-  
sime, cuius negoti i molles, & tam lubrica mate-  
ria, vt quantū prudentia, quæ diuino reū  
vsi concaluit, conferr ad dicendum fiducia,  
tantum rei nouitas, & magnitudo stuporis  
afferat. Nulla de capite, vel hominis viuissimi  
præcepis esse debet sententia. At verò cum de  
Regis sobole, & de eo filio deliberetur, in quo  
tua declius ætas & Gothorum salutis conqui-  
scere videbatur, magni referre arbitor, vt  
quæ à te constituentur, tantò fiant considera-  
tius, quanto periculum est in errore pernicio-  
sus. Ducas vt video cōtrouersias accusatio cō-  
pletebitur, quarum altera perduellionis, altera  
superstitionis. Et in prima quidem qua mihi  
grauior visa est, atroces iuuenis querimoniae  
fuerunt, quibus omnem armorum inuidiam  
in Goislintham Nouercam deriuauit. Mihi  
quidem ô Rex de Augusta coniuge tua tā mi-  
rifica insedit opinio, vt nihil addi possit amplius. Sed tamen quantum vereum replicare  
temporum memoriam mens nostra potest,  
video per Noueras sèpè faces importatas,  
quibus florentissimè arderent familiæ. Tui e-  
rit iudicij liquidi videret, an Goislinthæ Re-  
ginæ odia præiugnum ad hæc arma compule-  
runt: certe quod in te iniquo non fuerit ani-  
mo, facit vt credam reditus celeritas, & in hac  
postrema quæ tibi cum illo fuit congreßione  
fiduci. Habet hoc implicata scelere conscië-  
tia, vt omnia reformidet, rura ipsa timeat, &  
si folium incipuerit, expauecat: nihil vero  
in hoc congregiu vidi simile, exporrecta iuuen-  
nis facies, latus atque hilaris vultus, plenus  
in te animus fiduciae, plenus amoris cerneba-  
tūt, si modo in oculis tanquam in accuratissimu-  
m nature speculū mentis simulachra delibam̄. Proinde considerandum est etiam atque erā,  
an ea quæ circunfertur in literis atrocitas, se  
istis moribus illeuerit. Quod vero ad super-  
stitionem Romani nominis atinet, non est ô  
Rex mirum, cum illi Christianam vxorem, &  
Gallam coniuxeris, hæc in virum cum ipsis  
cupiditatis facibus religionem transfuderit.  
Ceterum nemo prudens gladijs & hastis nu-  
minum metum in hominū animis desigit, vt  
trique potius doctore opus est, quā carnifice.  
Quos tu nunc vides istius religionis calentes  
studijs, inflammatos animo, ardore prope i-  
gnitos, ætas flectet, vlys leniet, prudentia tua  
mitigabit.

**L E Y I G.** Quid censes?

**P R I N.**

**P R I M . 1 .** Si ea esset Rex optime Heme-  
nigildi audacia , vt sti scelus in regnum is  
posset esse contenta, ego quidem & in hoc ne-  
gotio cunctandum arbitrarer , & alijs suade-  
rem , vt rem quam accuratissimè perpende-  
rent. Nunc autem cum in aperium terrumque  
facinus eruperit , quantum illius vita addi-  
tur, tantum tua , qua nihil in hoc orbe terrarum  
preciosius, detractum puto. Non est is  
rex cuius non sit formidanda potentia , non  
est hoc crimen cui debeatur impunitas, non  
est hoc regnum quod tantum dedecus ferat,  
non est denique is iudex qui se puerilibus la-  
chrymis, à iustitiae cursu detorqueri patiatur.  
Omnia vt yides iura diuina & humana pol-  
luit, excidit, fumefauit: *Desertor patrie, trans-*  
*fuga religionis, patris in-: erfector, ne sibi qui iem*  
*id reliqui fecis, ut sanabilem plagam infigeret:*  
Sed inaudita contumacia, remedium tuæ cle-  
mentiae in suum vertit scelus. Arma in pa-  
trem sumpsit, nec regni sanctitas , nec æxoris  
veneranda canities, nec parentis nomen, nec  
vox ipsa naturæ furiosum iuuenem ab infe-  
stis conatibus repressit: Tamdiu stetit in acie,  
quandiu potuit, vbi se desertum à suis, in-  
uisum alienis, postea exacerandum vidit, ir-  
repit ad patrem; vt latrocinium in vencici-  
um converteret. Nunc autem ne minus audax  
ad perpetrandum facinus quam ad defenden-  
dum impudens videatur, in nouercam scemi-  
nam illustrissimam, & patris amores sui furo-  
ris consilia deriuat. *Inaudita res est, misericru-*  
*delis qui, in vinculis auder castos patris thala-*  
*mos infectari, quid faciet in purpura? qui in*  
*les centonibus alit superbiam, quid facturus*

est in Attalico ? qui reus minatur in carcere,  
quid efficiet dominator in regno? Spreta Go-  
thorum religione in Romanorum supersti-  
tionem perfuga transiulauit , cum patris  
hostibus contulit consilia , ipsis se admini-  
strum, socium, satellitum præbuit. Quærit  
pater , vt nefarium sacramentum rescindat,  
negat, persistit in contumacia , & nos mol-  
lioibus sententijs pergitimus eius audaciam  
alere, vt nobis in posterum deliberandi facul-  
tas expiatetur, illi patrandi concedatur. Censeo  
igitur ô Rex, quod è re tua esse arbitror, vt si  
Hermenigildus in superstitione contumax  
esse pergar, paternæ securitatis stimulos ex-  
periatur.

**P R I M . 1 .** Quid vim affers naturæ: sine Pa-  
trem, Patrem esse.

**P R I M . 1 .** Sophron, Pater est Leuigildus  
Pater regni, non iuuenis facinorosi. Quasi ve-  
ro ignora non sit parentum in filios securitas.  
Cartallum audiuius maximus animi iuue-  
nem quod patris miseras contemplisset, &  
eius moesta ac lugentia castra circumfluenti-  
bus quieta felicitatis insignibus intrasset, à  
patre, vt tum erat vestibus, auro, & pictura  
fulgentibus, atque insigni corona radiato ca-  
pite, in altissimam crucem fuisse suffixum.  
Scimus Torquati iuuenis victorem spiritum  
quod patris iniussu pugnasset & viceret, pa-  
tris imperio exhaustum, & domestica fortis-  
simi imperatoris calamitate sancitum decus  
publicæ disciplinæ. Nos vero in istis  
sceleribus iubes conui-  
sere?

Finis Libri Decimisterius.

Vvuu

THEO